

CELSISSIME ET REVERENDISSIME PRINCEPS
ET ARCHIEPISCOPUS.

Ecclesie Viennenses, etsi non dicantur, ad Te tamen proprie pertinebant. Ad quem enim Filia nisi ad Patrem? Ad quem Civitas, nisi ad Pastorem? Non es, arbitror, ingratum habiturus conatum meum, quo id egi, ut in coetu reliquarum artium, quae Pallio Tuo Metropolitico nuper applausere, extaret aliquod etiam Sculpturae monumentum. Etsi equius erat et ad dignitatem NAM praestabilius, ut virtutum NARUM imagines et simulacra aeri et libris insculperentur: sed hoc modestiae NAE forsitan grave, certe non ea, qua par est, dignitate fieret, facultatem artis superante argumento. Quanti enim operis esset, exsculpere Sapientiae Templum NAE? Quae pares Virtutibus TUIS columna? Quam admirabiles effingi Statuae Fidei, Vigilantiae, Pietatis, Religionis, Temperantiae, Modestiae, Charitatis, Misericordiae, Benignitatis, aliarumque innumerabilium Virtutum NARUM, si poni omnes in propatulo, et ea, qua sunt, praestantia delineari deberent? Illud igitur existimari satius esse, non Te, qui artem omnem vincis, exsculpere, sed NAE; Ecclesias inquam NAE, quarum effigies qui videbunt, multa certe recognoscent: inprimis, haec esse decora Urbis Viennensis, in quam Tu primum Dignitatem Metropoliticae inexisti; has esse arces et praesidia Divini cultus in Augusta illa Caesarum Sede; haec esse penuria Civium NARUM; haec Sacrae pietatis Viennensium, cuius me gloriator aliquando testem ac spectatorem fuisse; has officinas et promptuaria gratiarum coelestium, quibus incolumitas Augustissimae DOMUS, et quae inde pendet, Imperij totius Germanici prosperitas procuratur; Haec esse atria Augustis vestigiis toties consecrata; Haec Austriacae Religionis splendidissima monumenta; Haec eadem esse Tempora, in quorum singulis Eminentissimus Cognatus TUIS immortalis memoria Leopoldus et annua, et menstrua, ac fere hebdomadaria olim ediderit pietatis, atque insuper liberalitatis specimina; has ipsas esse testes non tantum sollicitudinis NAE. | TIBI enim impense propria est cum Apostolo SOLICITUDO ECCLESIAARUM. | sed etiam precationum frequentium, quas in singulis per vices fundis, idque agis, ut cum Domos DEI quam ornatissimas cupias, plurimum tamen ornare studeas exemplo. Erit igitur, ut aliquid in his ad umbrationibus ultra sculpturam videant sapientes, atque in Aedibus materiatis Ecclesiae NAE splendorem, et magnificentiam, Dignitatis Metropoliticae amplitudinem, denique liberalitatem pietatemque Viennensium legant. Quod si ero consecutus, tum illud supremae instar Coronidis habebo, Gratiam NAM; cui opellam meam omnem cupio consecratam.

REVERENDISSIMA CELSITUDINIS
TUA

Servus humillimus

Joannes Andreas Pfeffel.

